

formis suis in vnā abierint cōmunem:
vnde quoq; vnius vis facultatis, & ope-
rationis vnius effectus, non plures re-
sultârint. Sic enim, vt vult Philosophus,
ὅμοιομερὲς foret, quod tamen in præce-
dentibus absurdum esse cum Galeno
ostendimus. Ergo quemadmodum or-
dei & tritici granatrita, & inter se con-
fusa, teste Aristotele, nequaquam mixtum, *1. de Ortu*
sed solum efficiunt compositum *ἀνομοιο-* *t. 85.*
μερὲς: ita simplicium remediorum par-
tes eæ, quæ diuersos enituntur diuersa-
rum facultatum effectus. Quæ verò su-
periùs experimētorum specimina pro-
ducta fuere, ita sunt perpendēda: vt fa-
cultates remediorū aliæ toti insint, be-
neficio harmoniæ & cōpositionis: aliæ
partium cōstituentiū merito: Illę ergo,
quæ totius harmoniam sequuntur, toto
soluto, turbatoq; cōpositionis ordine,
pereunt & ipse. Succinum trahit paleas:
magnes ferrum. At si in partes abscesser-
int, nil prodibit, quod idem præstare
valeat: vt eorū' conatus nullū plausum
promereantur, qui dum Chymico arti-
ficio rerū omniū latētes causas in aper-
tum producere satagūt, sulphur quod-
K 2 dam,